ad mirari didicerat. ad diuinas laudes can
tu suo frequenter excitaret. ab eodem quadam die
uocata. uelut edocta celitus super manum uola
uit ipsius. Cui cum dixisset. canta soror mea ci
cada et dominum creatorem tuo iubilo lauda. sine
mora obediens canere cepit. nec destitit donec
iussu patris ad locum proprium reuolauit. Man
sit autem per octo dies ibidem. quolibet die ueni
endo. cantando et recedendo. eius iussa perficiens.
Tandem uir dei ait ad socios. Demus iam sorori
nostre cycade licentiam. satis enim nos suo cantu
letificans. ad laudes dei octo dierum spacio ex
citauit. Et statim ab eo licenciata recessit.
nec ultra ibidem apparuit. ac si mandatum
ipsius non auderet aliquatenus preterire. Tempore se
nis infirmus. fasyanus quidam denouo cap
tus. a nobili quodam transmissus est uiro
Dei. Qui cum uirum sanctum audiuit et uidit.
tanta illi amicabilitate cohesit. ut nullo
modo pateretur ab ipso se disiungi. Nam pluribus
uicibus extra locellum fratrum in uinea positus ut
abiret si uellet. rapido semper cursu rediba[t]